



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ioannes Vorthingtonus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Patriarchæ comes, deinde
 Vicarius, & Rasselę Christos
 in fidei odiũ à nepote Impe-
 ratore sui fratris filio postea
 suspensi confessarius fuit.
 Demũ Societatem impetra-
 vit; & in Regno Tygrè, ac
 deinde in Regno Goiamæ
 Catholicis magno fuit præ-
 sidio. Proditus tandem, ac
 tentus, decreto Catholicis
 qui Romanam fidem desere-
 re nolunt supplicio, suspensus
 est; factis ipsis quoq; Schi-
 smaticis, & Rasselam Chri-
 stos, & P. Bernardum eã quæ
 Romanę fidei cultoribus in-
 fligi solet morte mulctatos.

Fides.

Supplementum.

P. Ioannes Vorthingtonus
 Siue socios regeret, siue
 cum hæreticis, Catholicisue

*Anglus.
 in Angliã.
 25. Ian.
 1652.
 etat. 80ã
 Soc. 55.*

S 3 age-

*Fides.**Pf. 141. 8.*

ageret, fuit prudentiâ, morumque suauitate singulari. Missiones per 46. annos obiuit strenuè in Anglia. Supremi aliquot vitæ anni ei in carcere fluxère; in quem fidei Catholicæ odio coniectus, ibi morte inclytâ, sed incruentâ, illud feliciter est adeptus: *Educ de custodia animam meam.* Quanto ingenio citra mendacium ad varia quæsitâ variè ab hæreticis agiturus responderit, quàm cautè se ubiq; circumspèctèque habuerit, quàm feliciter sæpiùs ex ipsa velut acie nouaculæ prudens euerit, quanto animo sibi præfens & latuerit, & prodierit, quanta tulerit feceritque; longior est, & id genus missionibus haud inusitata narratio. Cæterùm, quid etiam
de

de incruentis hisce, inter aut
post ærumnas in odium fidei
illatas mortibus. sit sentien-
dum, videri potest S. Cypria-
nus, S. Augustinus, & ex his
Soarez. in Defensione fidei
Catholicæ.

lib. 6. c. 11.
d. n. 19.

P. Christophorus Ferreira.

Compertum non est quo
die agonem gloriosum ex-
pleuerit hic heros Christi;
sed placuit illum hoc S. Mar-
cellini lapsi primùm, deinde
coronati Martyris die po-
nere; quippe qui & ipse tor-
mentis laponicis impar, cum
in fossa è pedibus in caput
pronus penderet, defecerit;
postea tamen facti poenitens
(vt quidem de illo credibi-
liter plurium literæ aiunt, &
ego fidem illis, licèt non pla-
nè indubitata, probabili
tamen famâ nixam, tantisper

Lufitanus
Nanga-
sachi.
26. April.
1652.
etat. su-
pra 80.